

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Libri decimiseptimi.

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**



V' O' D minor Cataractes supra Syenen & Elephantinam urbs sit, quo loco Ægyptiorum & Æthiopum est terminus. Quòd Æthiopes infalubrem uitam agūt, ob nimiam aëris intemperiem: quapropter pauperes etiam sunt. Ægyptij uero beatam uitam ducunt. Quòd Ægyptij in tres partes seipsos diuiserunt. Nam alij sacerdotes sunt in rebus diuinis occupati: alij agricolæ, quæ ad pacem spectant, exercentes: milites, belli negotia curant. Quòd Nilus semper ab austro ad meridiem fluit, usque ad magnum Delta. Inde in multas partes diuiditur, ad mare usque. Dextra quidem usque ad Pelusium: sinistra uero, Canobum usque. Fit autem Ægyptus inferior insula triquetra, quod Delta uocatur. Locus qui ad uerticem est eodem nomine uocatur. Item uicus eodem loco positus. Insula ea tota fossis nauigatur, tanta facilitate ut nonnulli testaceas scaphas habeant.

Quòd ipsius Delta ambitus insulæ formam præbet, stadiorū habens tria milia. Quòd in Nili incrementis tota insula undis obruitur, solis urbibus & uicis sese exerentibus, eo quod in collibus aut natura, aut arte factis locum habent. Hoc fit dies quadraginta. Deinde paulatim decrescit, quemadmodum creuerat, diebus uiginti. In diebus sexaginta campus omnino denudatur. Quòd supra Delta longitudo est stadiorum quatuor millium uersus austrum usque ad Syenen: ubi Nilus per unum alueum rectà labitur sicubi insula non occurrat.

Quòd ab imbribus Æthiopicis Nilus crescit. Quòd Cambyfes Ægypto occupata usque ad Meroen progressus est, & nomen urbi & insulæ imposuit, Meroen sororem ibi mortuam hoc honore adficiens. Quòd Antiqui à Syene tantum usque ad mare Ægyptum uocabant, id est quantam partem Nilus fluiuius irrigat. Quòd à Pelusio usque ad Canobicū os, quæ basis est ipsius Delta, stad. sunt mille trecenta: à Canobo autem usque ad Pharum, centum quinquaginta.

Quòd urbs Alexandria in Mareotide est, cuius pars septentrionalis mari, australis uero Maria lacu, comprehenditur. Hic lacus è Nili fossis & ab incrementis repletur. Quòd Alexandri Cistæ alueolum aureum in Alexandria, Ptolemæus rapuit cognomento Coccas, qui idem Paris factus fuit dictus, è Syria profectus. Is cito excidit imperio, quòd nihil non auderet. Alueolus deinde uitreus esse coepit. Quòd Ptolemæus octauus cognomento Auletæ, choraulam exercuit, adeo in ea glorians ut non contaretur certamina in Regia celebrare. Hunc Alexandrini eiecerunt. Vnde Romam profectus Pompeio supplex fuit, atque reditum est assecutus: nec multo post morbo est absumptus. Successit ei Dionysius filius. At Cleopatra Auletæ filia, in Syriam fugit. Interea Pompeius Magnus è Pharsalo fugiens, in Casium montem ac Pelusium uenit, ibique à regis familiaribus dolo obruncatus est. Cæsar cum aduentasset Dionysium interemit, & Cleopatram ab exilio reuocatam Ægypti reginam constituit. Post pugnam in Philippis Antonius in Ægyptum profectus, Cleopatram duxit, atque unà bellum Actiacum gessit, fugitque cum ea. Superueniente deinde Augusto, ambo sunt euerfi, & Ægyptus sub Romanorum imperium est redacta.

Quòd primus Cæsar circa Pharsalum urbem Pompeium deuicit, Secundus autem iuxta Philippos uicit Cassium & Brutum. Quòd septem Nili

ostia hæc sint, Heracleoticum, Bolbitinum, Sebeniticum, Phatnitium, Mendesium, Taniticum, Pelusiacum. Quòd inter Pelusium urbem & recessum sinus qui iuxta Heroum urbem est, desertum sit stadiorum mille, totum siccum, animalibus noxijs ac serpentibus plenum.

Quòd in Momemphide sacra uacca alitur, quemadmodum in Memphide Apis, atque in Heliopole Mneuis Bos.

Quòd circa initium ipsius Delta Bubastus urbs est & Memphis & Heliopolis & initium fossæ quæ in mare sinus Arabici tendit, quod iuxta oppidum Heroum iacet. Latitudinem habet hæc cubitorum centum, profunditatem uero, quanta nauigio satis sit decem millia ferenti.

Quòd quæ olim Thebæ Ægyptiæ, nunc magna Diospolis sit uocata.

Quòd magnus ille Plato cum Eudoxo discipulo in Ægyptum profectus est, in qua annos treis sunt uersati, in geometria & astronomia, atque omnino in philosophiæ cognitione sese exercentes, circa Thebas quæ nunc Diospolis uocatur.

Quòd Apis idem est cum Osiride, ac pro deo habetur.

Quòd Memphis secundum ab Alexandria locum habet. Ab hac stadijs quadraginta, regio quædam montana abest, in qua multæ sunt pyramides, regum sepulchra, ac tres insignes, è quibus duæ inter septem orbis spectacula censentur. Altitudinem habent stadij unius: figuram autem quadratam. Quòd ex multis signis existimarunt antiqui Ægyptum inferiorem totam usque ad Serbonidem lacum, & Mæridem, & regionem Ammoniacam pelagus extitisse, fortasse etiam sinui Arabico continuum, aut non ita, sed non procul abiunctum.

Quòd admirandus ille labyrinthus in superiore Ægypto est, itaque in ipso labyrintho pyramis, sepulchrum Maindi regis qui labyrinthum ædificauit. Nam Maindes hunc condidit.

Quòd *κατάρασις* usurpat rerū scriptor, pro eo quod est absorpsit, contra quam *ἀφύρασις*, id est ex imo extulit. Quòd in Arsinoe urbe quæ prius Crocodilorum urbs uocabatur, mansuetus crocodilus colebatur. In Herculis urbe colitur Ichneumon, qui crocodilo & aspidi inimicus est. Nam eorum oua uocat Ichneumon, atque aspides interimit, dum luto incrustatus in flumen protrahit: crocodilum uero dum ore hiantem dormit, furtim ingressus, arrosi uisceribus interficit.

Quòd in Cynopoli Anubis colitur, & canibus honos & sacer quispiã cibus statutus est. Quòd in Oxyryncho urbe & præfectura eodẽ nomine Oxyrynchus colitur in sacro septo. Sed & cæteri Ægyptij omnes oxyrynchum piscem colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Ægyptij uniuersi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bouem, canem, felem: ex uolatilibus accipitrem atque ibim: ex aquatilibus lepidotum piscem & oxyrynchum. Sunt alia quæ quisque seorsum colit, ut Saitæ & Thebani, ouem: latum uero, qui piscis quidam in Nilo est, Latopolitani: lupum, Lycopolitani: cynocephalum, Hermopolitani: cepum Babylonij, qui sunt iuxta Memphim: (Cepus faciem habet Satyro similem, cætera inter canem atque ursum. nascitur in Æthiopia) aquilam Thebani: leonem Leontopolitani: caprum & hircum Mendesi: murrem Araneum Athribitæ. Item alij aliud.

Quòd Ptolemais urbs est maxima omnium quæ sunt in Thebaide, & Memphi non minor. Supra hanc est Abydus, in qua Memnonis est regia mirabiliter constructa.

Quòd antiqui & diuinationem & oracula plurimum uenerabantur, nunc earū

carum rerum maxim  
& Hetrulca diuinatione  
oraculū quasi ex toto  
Alexander profectus, se  
phis & Branchidis, se  
admodum & Home  
is diuinatione in Ægypto  
Ammit & uultu pate  
men uerbis ad regem  
in Abydo urbe Osiri  
diuini Deo psallere,  
urbe supra quam ap  
bus beluis inimicissim  
modum Pnyli apud C  
tra serpentes, ut nihil  
crocodilos, ut nihil ab  
Quòd longitud  
uocata, stadiorum et  
Quòd Astronc  
horis fuit tanta dili  
quod Græcos Pallad  
affectiones cum Nil  
nem aut minorem fer  
la sit annona: sin par  
ne copia aut tenuitas  
riorem, putei nullam u  
supra Elephantinam  
Candace quædam, ui  
bus imperarit. Hæc a  
Quòd Candace  
Ægypti prætorem be  
guete austro harena  
ac canes, exiguo corp  
fabule. Nam quæ de  
ut Deos, qui plerunq  
dem nomine quo & i  
do mille. Vrbes habet  
Ambitur illic Nilus u  
na, continuis præcipi  
Astapode & Astafol  
nam mulieres arma  
bent. Sunt autem pe  
portant. Nonnulli n  
pes Deum putant alt

earum rerum maxima negligentia est. Nam Romanis Sibyllæ responsa satisfaciunt, & Hetrusca diuinitio per auguria, per exta & Iouis signa. Quapropter Ammonis oraculum quasi ex toto deficit, prius in honore maximo habebatur, ad quod etiam Alexander profectus est, responsum petiturus. Quo loco non uerbis sicut in Delphis & Branchidis, sed magna ex parte nutu & signis reddebantur oracula: quemadmodum & Homerus ait,

*ἢ δὲ λυαίνουσι π' ὀφρύσι νόστιμα λεγόντων.*

Annuit & uultu pater illi clara sereno. propheta scilicet Iouem effingente. Aiunt tamen uerbis ad regem à propheta dictum fuisse, quod Iouis filius esset. Quod in Abydo urbe Osirim colunt. In Osiridis autem templo non licet nec cantori, nec tibicini Deo psallere, quemadmodum Dijs alijs mos est. Quod in Tentyra urbe supra quam apud ceteros Ægyptios crocodilus dedecoratur, & ex omnibus beluis inimicissimus habetur, atque ab ipsis interimitur. Quod quemadmodum Psylli apud Cyrenaicam regionem naturalem quandam uim habent contra serpentes, ut nihil mali à uenenatis bestijs patiantur, sic & Tentyritæ contra crocodilos, ut nihil ab eis patiantur, sed & unà cum illis aquam tranant intrepide.

Quod longitudo Thebarum quæ centum portas habent, nunc Diospolis uocitata, stadiorum erat olim octuaginta, nunc in modum uici habitantur.

Quod Astronomia à Thebanis Ægypti diligentissime fuit exercitata. Authoreis fuit tantæ diligentiae Mercurius Trismegistus. Quod uirgines sacræ apud Græcos Pallades dicuntur. Quod in Elephantina urbe fons est eisdem affectiones cum Nilo sustinens, atque unà incrementa suscipiens, è quo signo maiorem aut minorem fertilitatem præfagiunt. Nam si Nilus multum increseat, copiosa fit annona: sin parum augeatur, exigua. Sunt itaque in puteo notæ quibus anno næ copia aut tenuitas deprehenditur. Quod in Syene urbe, in solstitio per meridiem, putei nullam umbram habeant, & Gnomones eodem modo. Quod supra Elephantinam urbem minor Cataractes sit. Quod Strabonis tempore Candace quædam, uirilis mulier, Æthiopissa, qui supra Ægyptum sunt Æthiopibus imperarit. Hæc altero oculo capta fuit. ipsius regia erat Napata, urbs magna.

Quod Candace multis myriadibus Æthiopum contra Petronium Romanum Ægypti prætorem bellum gesserit. Imperauit locis in quibus Cambysis exercitus ingruente austro harena obrutus fuit. Quod Æthiopum pecudes & capræ & boues accanes, exiguæ corpore sint: forte ex hac occasione initiu acceperint de Pygmæis fabulæ. Nam quæ de ijs dicuntur uera non sunt. Quod Æthiopes, reges colunt ut Deos, qui plerumque temporis domi sedent. Regni caput est Meroe ciuitas eodem nomine quo & insula. Huius insulæ longitudo stad. est trium millium, latitudo mille. Vrbes habet frequentes & montes & nemora, atque omnis generis metalla. Ambitur illic Nilus uersus Libyam magnis harenæ cumulis: uersus Arabiam uero, continuis præcipitijs: ab austro sursum uersus, fluminum concursu Astabora, Astapode & Astafoba, à septentrione est Nili decursus. Quod Æthiopes etiam mulieres armant, quarum pleræque oris labium æneo circulo traiectum habent. Sunt autem pellati. nam oues apud eos caprinam lanam habent, lanam non portant. Nonnulli nudi incedunt, breuibus pellibus incincti. Quod Æthiopes Deum putant alterum immortalem, alterum mortalem. Immortalem quidem

eum qui rerum omnium causa sit. Mortalis uero apud eos incertus est, & nomine caret. Sed frequentius eos à quibus beneficium acceperunt, & reges pro Dijs habent. Et reges quidem, cōmunes omnium, cæteros uero priuatos, eorum quibus benefecerunt Deos esse arbitrantur. Ex ijs qui ad torridam habitant nonnulli sunt qui Deos non colunt, quos etiam Soli dicunt infensos esse, & detestari cum eum exoriri uident, propterea quòd eos urat & oppugnet. Meroitæ ultra alium quendam Barbarum Deum, Herculem, Pana & Isim colunt. Regem constituunt eum qui uel forma uel alendorum pecorum uirtute uel robore uel opibus excellat.

Quòd Æthiopū mos est, ubi rex aliqua parte corporis orbatur, ut familiares idem quoquo modo patiantur, & cum eo moriantur, idcirco maxima regi custodia adhibetur. Quòd in Nilo flumine piscium genera etiam alia habeantur. Cæterum maxime noti sunt oxyrynchus & lepidotus, & latus, & alabes, & coracinus, & porcus, & phagorius, quem etiam phagrum uocant. Item silurus & citharus & alofa & mugil. Ex testaceis dilychnus, physa, bos. Item cochliæ ingentes que uocem ululatu similem edunt. Animalia quoque habent, ichneumonē & Ægyptiam aspidem. Ea duplex est, altera palmaris que citius interficit: altera orgyæ longitudine. Ex auibus est ibis & accipiter Ægyptius, qui mitis est, præter alios qui sunt alibi, quemadmodum & felis. Bubo quoque aliusmodi ibi est. Nam apud nos aquilæ magnitudinem habet, in Ægypto uero magnitudinem habet graculi.

Quòd ibis auis est mitissima, magnitudine & figura ciconiæ persimilis, tota. Nullum triuium non ea plenum est. Vtiliter quidem. nam omnem serpentem omnesque macelli immunditias colligit. Inutiliter uero, quia immunda est & omnia comedit, nec facile à mundorū inquinatōne arceri potest. E mari in Nilum ascendunt mugil, alofa, & delphinus. Cætera ob crocodilorum timorem non ascendunt. Ac delphinus quidem, quia crocodilo potentior est: mugil, quia ob naturalem quandam conuenientiã à porcis secus terram ducitur. Crocodili autem à porcis abstinēt. nam cū rotundi sint & spinas ad caput habeant, periculū beluis afferunt.

Quòd iuxta Strabonis sententiam, Libyæ figura trigona sit, rectum habens angulum: cuius alterum latus, rectum angulum continens Nilus fluuius efficit: alterum uero ora maritima nobis aduersa à Pelusio usque ad Gades: latus uero recto angulo subtensum, regio tota est quæ secus oceanum iacet, à Gadibus usque ad Nili fontes. Cæterum Ptolemæus hæc tanquam falsa reprehendit. Quòd montem Mauritaniam, quem græci uocant Atlantem, Barbari Dyrin appellant.

Quòd septentrionale maxime & occiduum Africae promontorium, Cotes appellatur. Id Gadibus opponitur. Quòd utraq; Mauritania fertilissima est, ac magna cum beatitudine incolitur. eius flumina crocodilos ferunt. In quodam fluuio hirudines nascuntur septenūm cubitorum, gulam perforatam habentes, per quam respirant. Et uites illic nascuntur, quarum crassitudinem uix duo homines complecti queant, racemos habentes cubitales. Quòd in Africa & India calamus nascatur, cuius genu quodlibet octonos modios capiat. Item herbæ aliæ miræ magnitudinis. Quòd Mauritaniam maximam curam habent ornatus comæ, & barbæ, & unguium, & ceterorum eiusmodi. Quòd Afri serpentum & piscium pellibus pro indumentis & stragulis utuntur. Quòd in Africa quemadmodum in Æthiopia, estate multum pluit, hyeme siccitas uiget. Quòd Lo  
topha

tophagi Africae, p  
Quòd in me  
id genus alia, quen  
locis bis messem fa  
ne digiti parui, fru  
runt, sed terræ collig  
cis in messe cecider  
runt, dormituri uer  
ligant. Quòd i  
ba Ptolemæi pater  
Carthaginenses ma  
bellum suscepissent  
septingenta. Cæteru  
milia, bellicorum in  
de cum rursus bell  
de singulis diebus c  
dij ccc. & lance  
faciendos an  
norem Me  
gionem  
olim  
su

E P

tophagi Africae, potu non indigent. nam lotus ijs & cibi & potus vicem prebet.  
 Quod in mediterranea regione Africae inueniuntur ostrea & cheramides &  
 id genus alia, quemadmodum iuxta Ammonem. Quod in nonnullis Africae  
 locis bis messem faciunt. Culmus est longitudine quinum cubitorum, crassitudi-  
 ne digiti parui, fructus affert, modios ducentenos & quadragenos. Vere non se-  
 runt, sed terrae colligatis paliuris uersae atque scarificatae semina satisfaciunt quae e spi-  
 cis in messe ceciderunt. Operarij propter serpentum multitudinem ocreas ge-  
 runt, dormituri uero lecti pedes allio illinunt scorpionum gratia, & paliuris circun-  
 ligant. Quod in ora Mauritaniae maritima urbs fuerit Iola nomine, quam Lu-  
 ba Ptolemaei pater muniens Caesaream uocauit. haec portum habet. Quod  
 Carthaginenses magnam potentiam habuerint. Nam cum aduersus Romanos  
 bellum suscepissent, urbes habuerunt in Africa trecentas: in urbe hominum millia  
 septingenta. Caeterum obfessi & in deditioem coacti armaturarum dederunt cc.  
 millia, bellicorum instrumentorum tria millia, tanquam non amplius bellaturi. In-  
 de cum rursus bellum gerere decreuissent, armorum officinas constituerunt, un-  
 de singulis diebus c. & xl. clypei confecti in armamentarium referebantur, & gla-  
 dij ccc. & lanceae quingentae, tela catapultica, mille. Ad funes pro catapultis  
 faciundos ancillae capillitium praebant. Quod ante Syrtim mi-  
 norem Meninx est insula, hanc aiunt Lotophagorum Homeri re-  
 gionem esse. nam illic lotus abundat. Quod urbs quae  
 olim Barce, nunc Ptolemais sit dicta. Quod silphiu,  
 succum Cyrenaicum fert. Quod e Cyrene fue-  
 rint sapientes uiri, Aristippus Socraticus, &  
 huius filia Arete. Item Aristippus hac  
 matre editus cognomento *μυτρος*  
*διδάκτορ*, & Callimachus, et  
 Eratosthenes, & Car-  
 neades Academi-  
 cus, & Apollonius. Quod  
 Cyrenaica regio tota, Cretae insulae  
 iuxta longitudinem aequaliter praetenditur.

E P I T O M A R V M I N S T R A B O N E M F I N I S.